

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuinitio f
cum uariis

Non est absurdum credere aliqua dispensatione permissum fuisse ut non dominante arte magica sed dispensatione occulta, que Phitonissam et Saulem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, diuina eum sententia percussurus. Vel non uere spiritus Samuelis a requie sua excitatus est, sed aliquod fantasma et illusio ymaginaria dyaboli machinationibus facta quam scriptura Samuelem appellat, sicut solent ymagines rerum suarum nominibus appellari.

Augustinus in epistola ad Simplicianum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uere] nature B, nichil M